

EMBLEMA XLIII.

Meretrix.

XLIII.

Plus habet ipsa veneni.

Mortiferos oculos, animamque, & virus echidna,

Martius & serpens, & basiliscus habet:

Sed letale magis meretrix, grauiusque venenum est.

Saluus ab interitu qui cupis esse, fuge.

Illa potest oculis toti dare toxica mundo:

Cum canit, aut loquitur, saeva aconita vomit.

Illi nulla fides, nulla est constantia mentis:

Non illam Veneris, non amor explet opum.

Illa ornare dolos, in praelia mittere fratres,

Hostibus inuictos vendere prompta viros,

Illa